

do impletur, quod in eo statutum est, ut scilicet nemo possit tunc ad effectum implendi dictum preceptum communicare, nisi in propria parochia, aut de licentia sui Parochi, etiam in Ecclesijs Mendicantium. Eandem sequitur sententiam Pater Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 56. art. 3. ubi docet in predictis privilegijs, & indulgijs solam excipi communionem, qua impletur hoc preceptum in Paschate, siue fiat prima die, siue in quolibet alio sufficienter intra dictos quindecim dies. Et e contrario, si preceptum iam impletum est in Parochia ante illum primum diem, vel postea implendum est, non censet esse per se exceptum primum diem Paschatis, quominus possint Religiosi uti suis privilegijs, & ministrare hoc Sacramentum. Nec obstare, quod in dictis privilegijs dicatur. Preterquam in festo Pasche Resurrectionis Dominice, seu Preterquam in die Resurrectionis Domini, dumtaxat. Quia non est attendendus materialis sonus verborum, sed sensus, & intentio Pontificis, qui, ut dixi, communicationem qua impletur preceptum vocat communionem in die Paschatis, seu quod idem est, in die Resurrectionis Dominice.

¶ Deinde dicit interpretationem hanc non

P P S esse